ſalutarem domib9, q̄ eas nec maleficis, nec umbris malis, uexari ſinit, a ſomnijs item inanibus præſeruare. Metrodorus affirmat q̄ maria emolliat, fulminibusq̄, et Typhonibus reſiſtat. Stomachi doloribus geſtatū aut in puluerem contuſum epotumq̄ conferre ſcribitur. Metrodo.

De Hepheſtite.

Eſt & gemma Hepheſtites dicta, ſpeculi naturam imitans in reddendis imaginibus quamq̄ rutilis. Experimentum eſt ſi ferue͂tem aquam refrigeret, aut ſi in ſole materia arida addita accendat. Magi aſſerunt portantibus ipſum audatiam augere, grandineſq̄ & locuſtas a fructib9 arcere. Eſt Chryſolampis noctu ignei coloris, licet die palleſcat. E Crocalis que ceraſum repreſentat. Eſt & Panthaurus ignei fulgoris ge͂ma in India reperta omnes in ſe lapidū uirtutes continens, ut aurum metallorum. Chryſola Crocal is

De Chryſolito & alijs.

¶Proſequamur & hic gemmas lutei coloris q rutilo dilutior eſt q̄lis eſt color auri, Ei9 coloris eſt chryſolitus. aureo enim colore tranſlucet, has mittit æthiopia, ſed his Indicæ præferuntur & Bractianæ ſi uariæ non ſunt, deterrimæ uero Arabicæ, quoniam turbidæ ſunt, & uariȩ, & fulgoris in